



# Disputatio juridica inauguralis de usufructu

<https://hdl.handle.net/1874/341639>

DISPUTATIO JURIDICA  
 IN AVGVRALIS,  
 DE  
 U S U F R U C T U .  
 Q U A M ,  
 FAVENTE D E O O P T . M A X .  
 Ex Auctoritate Magnifici D . Rectoris ,  
 D . A N T O N I I M A T T H Æ I ,  
 Juris Antecessoris Primarii , in Illustri  
 Academiâ Ultrajectinâ .  
 Amplissimi Senatus Academicci consensu , & Consultissime  
 Facultatis Iuridicae Decreto .  
 Pro gradu Doctoratus , & privilegiis in U . J . consequendis ,  
 Publicè sine Praeside defendet .  
 JOHANNES VANDER STRATEN , Ultraj .  
 Ad diem 21 . Iunii , horâ locoque solitis .



T R A J E C T I A D R H E N U M ,  
 Typis Gisberti à Zyll , & Theodori ab Ackersdijck ,  
 c l c . I c . C . L I I I .

NOBILISSIMIS, AMPLISSI-  
SIMIS & CONSULTISSI-  
MIS VIRIS,

D. D. SENATORIBUS  
CURIÆ PATRIÆ,  
EORUMQUE GRAPHIA-  
RIO DIGNISSIMO.

*Hanc disputationem Inauguralem*

*Ex officio*

*Offert & inscribit*

JOHANNES VANDER STRATEN,

TRAJANIA ACADEMIA  
TERRIS GERMANICIS & FRANCICIS  
CLO. 10. C. IIII.

DISPUTATIO JURIDICA  
IN AVGVRALIS,  
DE  
USUFRUCTU.  
THESIS I.

**D**E nobilissima & usitatissima mate-  
ria ususfructus disputaturus, operæ  
preium me facturum putavi, si pri-  
mò definitionem ejus præmittam.  
Definitur autem ususfructus jus alienis rebus  
utendi fruendi salva earum substantia l. r. D.  
b.t. & pr. Inst. eod.

II.

Dividunt DD. vulgo in causalem & forma-  
lem, ille est cum sua causa, id est proprieta-  
te conjunctus, hic ab ea separatus. Sed invita  
accurata Jurisprudentia. Nam ususfructus ser-  
vitus est: res autem sua nemini servit. l. 5. D.  
si ususfr. pet. l. 26. D. deservit. urb. præd. l. 33. s. 1.  
de serv. præd rust. Coraf. 5. miscell. 3. Con. 4 Com.  
3. n. 6.

III.

Verius ususfructus vel verus est, vel qua-

LA

A 2

si: Ve-

si: Verus in iis rebus cōsistit, quibus utimur frui-  
mur salva substantia. Quasi ususfructus earum  
est, quarum usus in abusu cōsistit. s. cōstituitur.  
*Inst. de usufr. l. 1. & seqq. D. de usufr. ear. rer. quae us. cons.*

#### IV.

Num ergo vestimenta quoque quasi usum-  
fructum recipiunt? Justinianus d. s. cōstituitur  
vestimentorum agnovit quasi usumfructum.  
Veteres JC<sup>ti</sup> verum agnoscisse videntur. l. 15.  
s. et si vestimentorum D. de usufr. l. 9. s. pen. D. usufr.  
quemad. cav. Distinctione difficultas expediri po-  
terit, de qua in arena & apud *Glossograph. in d. l. 9.*  
*Hott. & Wes. in d. s. cōstituitur Elb. Zeon. in com. de*  
*usufr. cap. 12. n. 12.*

#### V.

Verus ususfructus cōstituitur vel testamen-  
to, vel pactionibus, & stipulationibus, vel ad-  
judicatione facta judicio familiæ erciscundæ,  
& communi dividendo. s. 1. *Inst. b. t. l. 3. l. 6.*  
s. 1. D. eod. tit. Iisdem fere modis adquiritur, non  
tamen omnibus: nam pactionibus & stipula-  
tionibus obligatio magis queritur, quam ser-  
vitus. d. l. 3. & 6. h. t. l. 1. s. ult. de serv. rust. præd.  
l. 25. s. contra. D. fam. ercisc. l. existimo 98. D. de  
verb. oblig.

Ad

## VI.

Ad quiritur etiam per jus ad crescendi, puta si duobus vel pluribus ususfructus etiam verbis tantum conjunctis relictus esset, jus ad crescendi locum habet, si unus ex iis non concurrat aut concurrere desierit. *l. un. s. 10. & seq. C. de cad. toll. junct. l. 142. de verb. sig.* nec refert salvam ad huchabeat partem suam, an amiserit, ususfructus enim etiam personę & amittenti ad crescere. *l. si Titio l. 33. s. 2. D. de usufr.*

## VII.

Postremo diurno usu, & longa quasi possessione adquiritur, hoc est, si quis per decem inter praesentes, perviginti inter absentes re aliena ususfruitus sit. *l. ult. in fin. C. de long. temp. præsc. junct. l. pen. C. de usufr. l. si quis diurno 10. D. si servit. vind. quo casu neque titulum, neque scientiam domini exigimus: sufficit enim non vi, non clam, non pretario possedisse. d. l. 10. D. si serv. vind. l. 2. C. deserbit. & aq. l. 5. s. pen. D. de itin. act. priv. l. 2. s. ult. D. de aq. & aq. pluv. l. 11. s. 1. D. de publ. in rem act. Cujac. in l. 4. verb. libertatem D. de usufr cap. con. 4. com. 12. n. 11. & seqq.*

## VIII.

Quasi ususfructus tantum ultima voluntate

A 3 consti-

constituitur , unde est , quod leges legati ususfr.  
tantum mentionem faciant . l. 1. & 2. D. de usufr.  
ear. rer. quae us. cons. l. 1. D. de us. & usufr. leg. l. 44. D.  
de sol. l. 69. D. ad leg. falc. Con. 4. com. 4. n. 2. Pac. in  
I sag. D. de usufr. ear. rer. W. e. in d. 5. constituitur.

## IX.

Cum verus ususfructus constitutus est , cavere  
debet fructuarius , se usurum fruiturum boni vi-  
ri arbitratu , finitoque jure suo restituturum ,  
quod inde extabit . l. si. l. 5. s. 1. D. usufr. quemad.  
rat. Cui vero quasi ususfructus relictus est , æsti-  
matis rebus caver , se finito jure suo aut idem ge-  
nus aut tantam pecuniam restiturum d. s. consti-  
tuitur d. l. 2. & 7. D. de usufr. ear. rer.

## X.

Utraquè cantio fidejussores desiderat l. 2. &  
s. utilius. 5. D. usufr. quemad. cav. l. 7. de præt. l. 8. &  
9. D. de usufr. ear. rer. quae us. cons. l. 4. C. de usufr.  
junct. l. 1. qui satisfid. cog. l. 7. s. 1. usufr. quemad. cav.  
l. 6. ut in poss. leg. Quid , si fructuarius propter pau-  
pertatem vel aliam difficultatem fidejussores  
reperire nequeat ? Ad juratoriam cautionem  
admittendus videtur , si quidem eum mores su-  
spectum non faciant , sin faciant , apud seque-  
strum fructus deponendi sunt . arg. l. 5. s. 1. in  
fin.

*fin. ut legat. servand. cauf. cav. Bartol. in l. 4. C. de usufr.  
Schneid. ad rub. Inst. de usufr. n. 11. Gail. 2. obs. 47.  
n. 7. Sich. in ead. l. 4.*

### X I.

Usufructu sic seculo facto omnes fructus rei  
ad usumfructuarium pertinent. *l. 7. D. de usufr.  
excepto partu ancillæ. s. in pecudum Inst. de rer. div.  
l. in pecudum 28. D. de usur.*

### X II.

Non aliter tamen fructuum dominus effici-  
tur, quam si eos percepit. Percepisse dicitur,  
simul atque ipse, vel alias ejus nominè terra  
separaverit, veluti si spicam aut fænum secuerit,  
uvam ademerit, oleam excusserit, quamvis  
non tritum frumentum, aut vindemia coacta  
sit. *s. is vero Inst. de rer. div. l. 12. s. ususfructarius D.  
de usufr. l. 13. D. quib. mod. usufr. amit. l. qui scit. 25.  
§. 1. D. de usur.*

### X III.

Potest & fructuarius jus suum alii vendere,  
locare, gratis concedere, ita ut per emptorem,  
cōductorem, donatarium ipse uti frui videatur.  
*s. 1. Inst. de usu & hab. l. 38. & seq. l. 67. D. de usufr.  
l. 11. s. ususfructus D. de pig. & hyp. l. 8. s. ult. D. de  
per. & com. rer. vend. l. 9. s. 1. D. locat.*

Cædere

## XIV.

Cædere tamen extraneo usumfructum nequit, quippe ei cedendo nihil agit. s. finitur Inst. de usufr. Quæ verba nihil agit, ita interpretor, ut nullius momenti sit cessio, remaneatque ususfructus penes cedentem. arg. pr. Inst. ex quib. caus. man. Paul. 3. sent. 5. s. in jure cession. Baro, Hott. Balduin. in d. s. finitur.

## XV.

Porro non solum in solidum, sed & pro parte uti frui potest: habet enim hoc usufructus præcipuum, ut cum aliæ servitudes omnes individuæ sint. l. 4. l. 11. l. 17. D. de serv. l. 19. D. de usf. & hab. ille solus dividitus habeatur. l. 5. D. de usufr. l. 14. & 25. quib. mod. usufr. amitt. d. l. 19. de usf. & hab. l. 16. D. fam. ercisc. l. 7. s. cum de usufr. con. div. l. 13. & 31. D. de usufr. leg. l. 81. D. ad leg. falc. Alciat. 4. parad. 17. Zaf. Duar. Cuj. Donel. in l. 72. D. de verb. oblig. Hott. ill. quæst. 20.

## XVI.

Frui tamen non potest, quin idem utatur: fructus enim sine usu esse nequit. l. per servum 14. s. 1. D. de usf. & hab. Cuj. 8. observ. 9. & 13. observ. 12. Con. 4. com. 5. n. 3. Alciat. 2. pareg. 3. Zaf. part. 1. de

*de antin.* 13. *Gilb. Reg.* 1. *Evaet.* 11. *Charond.* 1.  
*veris.* 21:

## XVII.

Sed potestne fructuarius servitutem impone-  
re fundo fructuario? Non potest. *l. 1. s. 1. D. com.*  
*præd. l. 2. D. de serv. l. unus* 34. *D. de serv. rust. præd.*  
Quid si consentiat proprietarius? Nihilo ma-  
gis. *l. 15. s. ult. & l. seq. D. de usufr. Vid. Con. 4.*  
*com. 3. Pinel. d. part. 2. n. 74. Don. 10. com. 11. Hott.*  
*13. obs. 7.*

## XVIII.

Quid de servitutibus fundo fructuario debi-  
tis, potestne illas vindicare? Negatur & hoc. *l. 1.*  
*pr. si usus fr. pet. ac proinde nec novum opus nun-*  
*tiabit. l. 1. s. ult. D. de oper. nov. nunc. vid. Cuj. 1.*  
*obs. 16. & 49. obs. 7. Don. 4. com. 11. Coraf. in*  
*l. 16. de serv. n. 6. Röbert. 2. lect. 12. Vult. discept.*  
*schol. 18.*

## XIX.

Onera rei fructuariæ, veluti tributum, sti-  
pendum, ædium refectionem & similia agnoscit  
fructuarius. *l. 7. s. quoniam l. 27. s. si quid cloacarij*  
*l. 52. D. de usufr. l. 7. C. eod. tit. Ratio est. in l. secun-*  
*dum D. de Reg. Iur.*

Hactenus

## XX.

Hactenus de usufructu aut constituendo, aut constituto: videamus quemadmodum extinguitur. Primo extinguitur morte fructuarii, adeo quidem ut licet maturis, nondum tamen perceptis fructibus deceperit, nihil inheredem transmittat. s. is vero Inst. de rer. div. l. 25. s. præterea D. de usfr. l. 13. quib. mod. ususfr. amitt. l. 8. de ann. leg.

## XXI.

Secundo finitur capitis diminutione fructuarii, sed maxima tantum & media, non minima. s. finitur Inst. de usfr. l. pen. s. sed neque per omnem C. eod. Quæri hic posset, an hodierna relegatione seu banno finiatur ususfructus, quod affirmamus cum Gail. 2. obs. 86.

## XXII.

Tertio interit interitu rei, veluti, si ædes fructuarii corruerint, quo casu nec areæ, nec materiei ususfructus reliquus erit. d. s. finitur l. 5. s. rei mutatione l. 10. & seqq. D. quib. mod. ususfr. amitt. aut si areæ, cuius usumfructum habebam, ædificium impositum fuerit. ead. l. 5. s. ult. l. 6. & 7. eod. tit.

Perit

## A L I A X X I I I.

Perit denique ususfructus si domino proprietatis ab usufructuario cedatur; vel ex contrario si usufructuarius proprietatem adquisierit. *s. pen. Inst. b. t.* Item si fructuarius usus non fuerit per modum & tempus à Justiniano constitutum *l. pen. C. de usufr.* puta si re mobili ususfructus non sit annis *111.* re immobili inter præsentes annis *x.* inter absentes annis *xx.* *Hott. in d. s. finitur Cuj. 3. sent. Paul. 6. s. non utendo.*

## X X I V.

At si civitati ususfructus relictus est, quia illa morte aut capitis deminutione difficulter perire potest, constitutum est, ut spatio centum annorum perimatur *l. 56. D. de usufr. l. 8. D. de usufr. & usufr. leg.* Perimitur etiam tanquam morte, si aratrum in civitatem inductum fuerit. *l. 21. quib. mod. usufr. amitt.*

## X X V.

Hæc de modis quibus verus ususfructus extinguitur. Quasi ususfructus tantum morte & capitis deminutione *l. in stipulatione 9. & l. seq. D. de usufr. ear. rer. quæ us. conf.*

## C O R O L.

# C O R O L L A R I A.

Ex Jure Civili.

*Donatio omnium bonorum etiam futurorum  
valet.*

*Ob omnes servitutes tam urbanas quam ru-  
sticas novum opus nuntiari potest.*

Ex Jure Feudali.

*Feudum non est ususfructus.*

Ex Jure Canonico.

*Recte jure Canonico incestuosi sunt alendi.*

## F I N I S.

V X

C O R O L